BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 161r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uenient in nouissimis diebꝰ in deceptione illusores iuxta
ꝓprias cupiscentias ambulantes dicentes. Vbi est ꝓmissio
aut aduentꝰ eius. Ex quo enim patres dormierunt. omnia sic ꝑse
uerant ab initio creature. Latet enim eos hoc uolentes quod
celi erant prius et terra de aqua. et ꝑ aquam consistens dei uerbo.
ꝑ quem ille tunc mundus aqua inundatus periit. celi autem qui nunc
sunt et terra eodem uerbo repositi sunt igni reseruati in diem iu
dicii et ꝑditionis impiorum hominum. Vnum uero hoc non lateat
uos karissimi. quia unꝰ dies apud dominum sicut mille anni. et mille anni
sicut unꝰ dies. Non tardat dominus ꝓmissis. s; pacienter agit ꝓpter
uos. nolens aliquos perire. s; omnes ad penitentiam conuerti. Adue
niet autem dies domini ut fur in nocte. in quo celi magno impe
tu transient. elementa uero calore soluentur. Cum hec igitur omnia dissol
uenda sint. quales oportet uos esse in sanctis conuersationibꝰ et pieta
tibꝰ. expectantes et ꝓparantes in aduentu dici domini. ꝑ quem celi
ardentes soluentur. et elementa ignis ardore tabescent. Nouos
uero celos et nouam terram et ꝓmissa ipsius expectamus. in quibꝰ iu
sticia habitat. Propter quod karissimi hec expectantes satagite inma
culati et inuiolati ei inueniri in pace. et domini nostri longani
mitatem salutem arbitramini. sicut et carissimꝰ frater noster Paulus.
secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis. sicut et in omnibꝰ epistolis
loquens in eis de his. In quibꝰ sunt quedam difficilia intellectu.
que indocti et instabiles deprauant sicut et ceteras scripturas
ad suam ipsorum ꝑditionem. Illos igitur fratres prescientes custodite uos
metipsos. ne insipientium errore transducti excidatis a ꝓpria
firmitate. Crescite uero in gratiam et cognitionem domini nostri et
saluatoris ihesu xpi. ipsi gloria et nunc et in die eternitatis. Amen.

Explicit epistola s. Petri apostoli. ii.
Incipit argumentum in epistola s. Iohannis apostoli. i.

Rationem uerbi et quod deus ipse sit
caritas manifestat. et osores fratrum nec deum scire.
nec pios posse fieri. eo usque disertat ut esse comprobet
homicidas. eo quod odium sit interfectionis occasio.

karissimi.